

David Richter

**Bibliothecæ Historicæ de Rebus Meclenburgicis Sciagraphia & Specimen I. Qvo
Ad Natalem ... Dn. Caroli Leopoldi, Ducis Regnantis Meclenburgici ... A.
MDCCXXXIII, d. 26. Nov. redditum, Festisqve Orationibus Publicis In Gymnasii
Auditorio Majori celebrandum ... invitabat**

Rostochii: Typis Io. Iacob. Adleri, [1733?]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn86255716X>

Druck Freier  Zugang





A. 2. 1.

M-1249 19. a.

BIBLIOTHECÆ HISTORICÆ
de Rebus MECLENBURGICIS
SCIAGRAPHIA & SPECIMEN I.

QVO AD NATALEM
SERENISSIMI PRINCIPIS
ac DOMINI,
**DN. CAROLI
LEOPOLDI,**

DUCIS REGNANTIS MECLEN-
BURGICI, PRINCIPIS VANDALIÆ, SVERINI
& RACEBURGI, COMITIS QVOQVE SVER-
NENSIS, TERRARUM ROSTOCHII
atque STARGARDIÆ DYNASTÆ,

DOMINI NOSTRI CLEMENTISSIMI,
Divinitus nobis A. d^occ xxxiii. d. 26. Nov. redditum
FESTISQVE ORATIONIBUS PUBLICIS
IN GYMNASII AUDITORIO MAJORI *circa horam*

celebrandum,

PATRES UTRIUSQUE REIPUBLICÆ
humanissime omniq[ue] studio
invitabat

M. DAVID RICHTER, Gymn. Gustrov. Reet.

ROSTOCHII,
Typis IO. IACOB. ADLERI, SEREN. PRINC. & ACAD.
Typographi.

M-1249¹⁹.

IR





BIBLIOTHECAS scripturo, sedulo cogitandum esse arbitror ea, quæ Homo componit, divinitus sâpe disponi. Haud enim unius vel alterius anni res est Bibliothecam necessariis libris undique conquirendis instruere, disponere, & exornare, sed sumptus requirit, patientiam

in literarum commercio exercet, multaque alia secum vehit tædia atque molestias, quas vero investigatorum aut impetratorum Librorum usus levare assolet. Si præterea officii ratio ea est, ut nullus dies integer sit relictus, qui huic Bibliothecario negotio atque labori possit consecrari, lento utique pede, arduum hoc opus procedere necesse est. Præstat tamen tenuerum foetum ad justam maturitatem fovere, quam immaturum protrudere, præsertim cum nulla necessitas festinationem; nihil nisi temeraria excludeat, imperet. Cum itaque trimestre fere spatum Bibliothecæ Historicæ de rebus Mecklenburgicis concinnandæ dederim operam, ex scriptorum varietate & multitudine facile animadverti, forulos Bibliothecæ ita esse disponendos ut singulis loculamentis singuli attribuantur fasces atque fasciculi. Ex DEI autem, vita mortisque nostræ arbitri, voluntate erit, num aliquando lati consonidem huic operi imposituri simus? Ut vero Eruditorum monitis, sententiis, atque auxilio locus relinquatur, & fenestra aliqua aperiatur, placet prius breviori sciagraphia Partis I. eorum explorare judicia, quam, cæterarum Partium Libros, qui ex priori dijudicari facile poterunt, simul Lectoribus invitis obtrudere. Postquam igitur in præfatione mentem meam explicuero, de Variis Eruditorum consiliis Scriptores rerum Mecklenburgicarum, vel conjunctim, vel separatim edendi; certas etiam mihi Leges præfixero, ad quas nostram, si qua futura est, Bibliothecam adornabimus, quarum certe non postrema erit, libros, à me non nisi visos, nec evolutos,

recen-

recensere: Prooemium tribus vel 4. capitibus enarrabit Scriptores Patriæ nostræ tum Universales tum Speciales. In illorum enim classem HELMOLDUS, ejusque variae editiones & Continuationes, Chronica etiam Slavorum LEIBNIZIANA atque MADERIANUM, KRANTZIUS, MARESCALCUS cum versione SCHEDII atque continuatione BACMEISTERI, CHEMNITIUS cum utroque suo opere, & Majori & Epitome ejusque CONTINUATIONE, REDEKERUS præterea, Dn. de BEHR, CALOVIUS, MYLIUS, BOCERUS, LATOMUS, HUBERUS, HOTTERUS, aliique plures referentur atque dijudicabuntur. Affines his a me censemur ideoque judicandi erunt autores, qui cum suis vicinarum gentium Chronicis sive annalibus, facem nobis, quod experientia magistra me edoctum fuisse testor, haud obscuram præferunt in rebus Patriæ ad majorem claritatem evehendis & illustrandis. Tales fere sunt REIM, COCHIUS, HELDUADERUS, PETERSENIUS, POMARIUS, ANGELUS, aliique quamplurimi. Ex iis vero qui specialem Patriæ Historiam vel Singularia quædam Mecklenburgica literarum monumentis consignarunt, præcipui erunt Geo- & Topographiarum, Genealogiarum, Descriptionum, Fluminum, Historiæque Naturalis, aliorumque Memorabilium Autores, quos minus commode ad Partem III. seu specialem retulerim. Neque intermittam, peculiari capite desideria mea Geographica, Heraldica & Physica cum L. B. & harum rerum perito communicare. Urbium autem Topographi atque Chronographi ad eandem Libri III. Partem specialem, eamque Ultimam rectius rejiciuntur. His rite dilucidatis latque confessis ipsa Bibliotheca suum capiet exordium, quam tribus Partibus Deo bene juvante, capio totam, quia

Pars Ima, curabit Autores Speciales ad Historiam Civilem Imperantium facientes.

Pars II. Sistet Scriptores ad Historiam Ecclesiasticam & Literariam spectantes.

Pars III. Tradet Scriptores Speciales Nobilium Familiarum & Urbium fere singularium ordine alphabeticè disponendarum.

Singulæ Partes suis gaudebunt Libris, quia quemadmodum
Partis I.

Liber I. exponet

Scriptores de Regibus Vandalorum & Venetorum ab Anthyrio I.
usque ad Pribislauum II.

Liber II. recensabit Autores qui Principes Meclenburgicos & Dor-
minos de Werle illustrarunt.

Liber III. Anquiret, qui peculiari opera de Ducibus Meclenbur-
gicis ab Alberto I. & Johanne, ad nostra usque tem-
pora exposuerunt, cum sectione vel Appendice
quadam capitum forsitan trium plurimumve.

ita quoque singulo Libri cuivis Regi, Principi atque Duci
singula assignabit capita. Conjuges autem eorum Principes-
que Liberi si singularem quorundam Etuditorum occupave-
runt atque nobilitarunt industriam capitibus quibusdam cer-
tas conciliabunt SECTIONES. Sic v. g.

Libri I. Caput I. indicabit Scriptores *speciales* de ANTHY-
RIO I. v. g. D. ERN. JOACH. WESTPHALIUM cum sua fa-
bella Megapolitana de Bucephalo Anthyrii, ubi explosæ
similis sunt historiæ fabulosæ de Amazonibus Viricidis, Gri-
fone Henrici Leonis &c. Nullus enim dubito, quin fidem
hujus fabellæ causa in dem Hollsteinischen unpartheischen Cor-
respondenten, Anno 1722. Num. 157. columna 8vo seu ul-
tima, publice datam, aliquando liberaverit. Si etiam me-
ruerit, meum qualecunque Programma An. 1728. de Alexan-
dri M. Bucephala conscriptum, huc referri posset. Si enim
Bucephalas Alexandri M. adeo est varius, ut certi nihil statui-
possit, Anthyrii sane insignia & navigationes temerariae pau-
cioribus se probabant.

Caput II. vero & seqq. Autores, si quos expiscari pote-
rimus, docebit *Speciales*, qui data opera vel sequentium Re-
gum memorabilia, vel Vandalorum migrationes Venetorum-
que, Res item Slavicas & Slavorum genera varia, pluraque
his similia elaborarunt. Ante- Penultimum vero hujus Libri I.
caput, quia referet *Historicos Speciales* de PRIBISLAO I. Ve-
netorum Rege potentissimo, subjicit eidem Celeberrimi Viri,
Dn. Johannis Davidis KOELERI Hist. & Polit. Prof. Biblioth-
carii

carii Univers. Altordisnæ , disputationem de PRIBEZLAO,
sive HENRICO, REGE BRANDENBURGICO A. 1724 in se-
cularibus Academiæ Altdorfinae sacris habitam Resp. Ge.
Wilh. FROBENIO Onoldino, plagg. 3. Vehementer enim tum
Illustris Cancellarii Halensis Dn. de LUDEWIG tum Cel.
KOELERI exercuit ingenia , qui hic rex dicatur Brandenburgi-
cus ? Uterque illorum suis Marchionibus studet, & neuter hanc
Slavorum gloriam admittit. Factum inde est ut Cel. Koeler
hic PRIBEZLAUS , misellus exul audiat, cum tamen ex dome-
sticis historicis convictus ingenue fuerit confessus, modernos
Sereniss. Electores suam Marchiam Brandenburgicam justo lar-
gioribus nostri Pribislai manibus acceptam referre debere.
Quod ne temere dixisse videar, hæc ex eadem WOLFGANGI
JOBSTII verba transcribam : Pribezlaus hat Marggraf Al-
bertum Ursum zu Salzwedel, seinen Gevattern und liebsten
Freunden zum Erben seiner (scil. übrigen & quæ ab hostium in-
justa vi intacta fuerunt) Lände verordnet, quæ a BROTTU-
FIO in Genealogia & Chronica Anhaltina Lib. II. cap. 4. fol.
37. ita exposita fuisse dicuntur, der Wendische König Pribez-
laus, und sein Gemahel, Frau Petessa, haben keine Erben
gezeuget, sondern Herrn Albertum Ursum, NB. zu einem Erben
der Margr. zu Brandenburg angenommen und adoptiret. Denk.
Albertus Ursus war sein Gevatter, Pribezlaus hette im seinen
Sohn Ottone aus der Taufe gehoben, und hat ihm einen Ort
Landes, die hohe Zauche genannt, in der Markt zu Branden-
burg gelegen, zu Bathen Geld gegeben. De vera autem cau-
sa, cur hic Pribislau I. Rex dicatur Brandenburgicus non:
Brandenburgi, nec Pribislau Brandenburgicus alia quadam
opportuniori occasione dispiciemus.

Libri II. ex hac prima Parte, Caput I. vendicabit sibi eos,
qui HENRICO BUREVINO I. lucem aliquam affuderunt,
quorum paucos adhuc inveni, si b. Dn. THOMAM, in Analect.
Gustrov. & Dn. Gustavum THIELIUM in dem fünfhundert
jährigen Alter der Hoch-Fürstl. Dom-Kirchen zu S. Coecilien,
(uterque sub Libr. init.) huc referre nefas fuerit.

Caput vero II. de HENRICO BUREVINO II. fundatore

X 3

modi

modo dicti Templi Cathedralis, largiorem lucem accipiet a laudatis modo Duumviris.

Capitibus III - XVII. referentur, qui Henrici hujus Burevini fratrem NICOLOTUM, ejusque seruos Nepotes illustrarunt, uti, praeter nominatos, pl. Rev. Dn. M. Dietericus SCHROEDERUS in suis Primitiis Wismariensibus id egregie aliquando, ni fallor praestabit. Vide earundem Partem I. plag. a & b. in designatione sive Indice Diplomatique ac Monumentorum ad A. C. 1237. 1238. 1273. &c., atque Dn. D. JOH. PETR. KRAFFT, Vir sui nominis & in Historia Patriæ si quisquam alias versatissimus, quodsi modo ejusdem vicissitudines Gustroviae prodierint, luculenter probabunt. Piaculum quoque haud fuerit, si quædam horum Principum Diplomata vel justo loco inferamus integra, vel ad calcem libri rejiciamus. Hæc enim temporum Periodus una cum sequenti Manuscriptorum est feracissima. Helmoldum vero atque Krantzum hic sciens omitto, quia una cum aliis relatifuerunt ad Scriptores Historiæ Patriæ Generales, & præterea a Triariis usu, vel abusu potius, indicis evolvi assolent.

Caput XVIII. XIX. atque XX. erit JOHANNI THEOLOGO, Henrico Hierosolymitano, & Henrico Leoni, Henrici Burevini II. FILIO, Nepoti & Pronepoti consecratum. Nam de illo D. SIMON PAULI, cuius infra Parte III. Tit. Sverinum, pluribus fiet mentio, peculiaris extat Oratio, nostrumque si merebitur conferri potest progr. A. 1729. scriptum. Vulgo quoque Eidem adscribitur oda Imprecatoria in sacrilegos bonorum Ecclesiasticorum direptores, lectu equidem non in digna sed quam *Principes nostro & superioribus seculis, parum curarunt*. Legi eadem potest & in denen Unschuldigen Nachrichten A. 1727. &c. & apud Dn. THIELEN lib. cit. pag. 37. Ab exteris quoque quam plurimis Scriptoribus hujus Johannis Theologi laudes fuisse celebratas, testabitur numerus scriptorum a b. GOETZIO in diss. de *Principe Hebraice docto* S. 171 p. 878. Meletem. Annabergens. allegatorum, quos in suam *Bibliothecam Nobilium Theologorum* inde fidenter transtulit Cel. ROLLIUS p. 49. nota 5. Quæ autem M. JOH. CASP. LOESCHERUS in

in observatt. Select. Fasc. I. p. 10. de hoc principe retulit, leviora sunt. Forsan autem Cl. Autor, quia deinceps peculiari scripto Germanico Principes literatos exposuit, pluribus de eodem egit. Nostri autem argumenti causa non permittit, plura Doctorum Principum hic recensere Exempla, nec istos excitare, qui penitiori studio eos commendarunt, quin potius transseamus ad HENRICUM HIEROSOLYMITANUM & HENRICUM LEONEM, quorum cognomenta gloriae peculiari opera investigavi & confirmavi, singularibus progr. in hunc ipsum glorioissimum nostri Regnantis Ducis atque Principis clementissimi Natalem A. 1730. & A. 1731. scriptis. Quia enim horum Principum temporis articulus Legendis Sanctorum, ignorantiae, & ex ea profluenti credulitati, quam maxime erat expositus, putavi, fabulam olere, quæ de vicennali Johannis Theologi Studiorum Parisiensium curriculo, & duodecimennali ferme Hierosolymitani captivitate, vulgo narrantur. Sed consultis Historicorum coevorum monumentis, in veritate Historiæ Patriæ confirmatus sum.

Pedem promoveo ad Libri III. Cap. I., quod Scriptores enarrabit, qui ALBERTUM & JOHANNEM DUCUM Megapolensem primos, laudabili industria fuere contemplati. Minime equidem superioris anni meum progr. in hanc classem transjicio, cum sectionem ejusdem II. & III. ob præsentis temporis saevitiam varietatemque perficere vix ausus fuerim; gnaris autem Historiæ Patriæ amatoribus haud erit ingratum didicisse, literas horum sereniss. Ducum Feudales, Juris Publici doctorum Nemini nec cognitas, nec perlectas, nec examinatas, latino equidem idiomate conscriptas, easque integras ab uno b. HEDERICO fuisse aut conservatas, aut evulgatas, ejusque Parentationi in Rev. & Illustr. Pr. & Dom. ULRICUM. A. 1605. Rostochii in 4. excusæ, plag. F. 2. facie a & sqq subjectas. Germanicum vero hoc Diploma Investituræ Cæsareum, a b. Chemnitio in opere suo Majori conservatum fuisse, a Viro Summæ fidei didici. Sed receptui est canendum, quia ultra unius plagulae terminos levior hæc opera excrevit, causaque hujus meæ Scriptionis est afferenda, quam mihi lætissimo fidere reductus Natalis | glorioissimus Serenissimi nostri Ducis ac
Prin-

*Priuipis Clementissimi, Domini CAROLI
LEOPOLDI, Ducis Regnantis Meclen-
burgici Principis Vandaliæ, Suerini & Race-
burgi Comitis item Suerinensis, Terrarum Ro-
stockii atque Stargardiae Dynastæ, Domini
nostrí clementissimi, mihi jucundam lato obtulit im-
peravitque. Quod si enim ex principum salute communis
Patriæ salus eaque publica est derivanda, quis non pro hoc
die supplex apud DEum T. O. M. intercederet, qui cætero-
rum, omnium fuit princeps & scaturigo. Principe incolumi
afflictis quoque rebus additur solatium, latioraque sâpe im-
petrantur quam exspectantur. Nos igitur qui docemus &
afflictis melius confidere rebus*

Par Juvenum PARCHIMENSIMUM, ob literarum

*Studia morumque cultum plane commendabile
excitavimus, nostræ communis pietatis publicos Interpretes, ita,
ut hoc Serenissimo Natali suam probare audeant dicendi fa-
cilitatem.*

*CHRISTIANUS BUSSE, Latine enarratus Principes
Mecklenburgicos Literatos, &*

*BERNHARDUS HENRICUS RONNBERG qui metro
Rom. Principes Mecklenb. sagatos canet.*

*Vos itaque Patres utriusque reipublicæ supra mea elo-
gia positi, Scholarum & in iis juvenilium dicendi conatum
Fautores, atque Magistri, vestrae non deeritis pietati, no-
strisque præterea precibus hoc tribuetis, ut nos conjunctis
Sociati Precibus, fausta quævis & salutaria nostro Patriæ Patri-
æ DEO T. O. M. impetremus, Juventuti Oraturæ benevolas
aures præbeamus, omniumque ore & grata DEO voce exclamemus: Vive diu latiusque supersis Tuo, non afflito, sed ex-*

Tua incolumitate ad latiora quævis erecto populo,

CAROLE LEOPOLDE!

FIAT!






Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn86255716X/phys_0011](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn86255716X/phys_0011)

DFG



in observatt. Select. Fasc. I. p. 10. de hoc principe retulit, leviora sunt. Forsan autem Cl. Autor, quia deinceps peculiari scripto Germanico Principes literatos exposuit, pluribus de eodem egit. Nostri autem argumenti causa non permittit, plura Doctorum Principum hic recensere Exempla, nec istos excitare, qui penitiori studio eos commendarunt, quin potius transeamus ad HENRICUM HIEROSOLYMITANUM & HENRICUM LEONEM, quorum cognomenta gloriae peculiari opera investigavi & confirmavi, singularibus progr. in hunc ipsum glorioissimum nostri Regnaniis Ducis atque Principis clementissimi Natalem A. 1730. & A. 1731. scriptis. Quia enim horum Principum temporis articulus Legendis Sanctorum, ignorantiae, & ex ea profundi credulitati, quam maxime erat expositus, putavi, fabulam olere, quæ de vicennali Johannis Theologi Studiorum Parisiensium curriculo, & duodecimennali ferme Hierosolymitani captivitate, vulgo narrantur. Sed consultis Historicorum coevorum monumentis, in veritate Historiæ Patriæ confirmatus sum.

Pedem promoveo ad Libri III. Cap. I., quod Scriptores enarrabit, qui ALBERTUM & JOHANNEM DUCUM Megapolensem primos, laudabili industria fuere contemplati. Minime equidem superioris anni meum progr. in hanc classem transjicio, cum sectionem ejusdem II. & III. ob præsentis temporis saevitiam varietatemque perficere vix ausus fuerim; gnaris autem Historiæ Patriæ amatoribus haud erit ingratum didicisse, literas horum sereniss. Ducum Feudales, Juris Publici doctorum Nemini nec cognitas, nec perfectas, nec examinatas, latino equidem idiomate conscriptas, easque integras ab uno b. HEDERICO fuisse aut conservatas, aut evulgatas, ejusque Parentationi in Rev. & Illustr. Pr. & Dom. ULRICUM. A. 1605. Rostochii in 4. excusæ, plag. F. 2. facie a & sqq subjectas. Germanicum vero hoc Diploma Investituræ Cæsareum, a b. Chemnitio in opere suo Majori conservatum fuisse, a Viro Summæ fidei didi. Sed receptui est canendum, quia ultra unius plagula terminos levior hæc opera excrevit, causaque hujus meæ Scriptionis est afferenda, quam mihi lætissimo fidere reductus Natalis | glorioissimus Serenissimi nostri Ducis ac
Prin-



Image Engineering Scan Reference Chart TE263 Serial No. [REDACTED]

the scale towards document